8438 d. m. s. | Alimına quae in vi|ta sua summa discipu|lina servavit, vix. ann. | XXXI m. IIII, cui de[1] permissu | domini fecerunt pater ka|rissimus[2] et conservus pi|entissimae benemerenti.

Locris (Gerace) (X 26; Barnabei Notizie degli scavi 1891 p. 297). — 1) ex, 2) rar- *Barnab.*

8439 Iuliae Luc. filiae Tyrraniae | vixit ann. XX m. VIII, | quae moribus pariter et | disciplina ceteris feminis | exemplo fuit, Autarcius | nurui, Laurentius ucxori.

Arelate, sarcophagus ornatus (XII 832 vidit Hirschfeld). Christianos hos homines putat Hirschfeld.

8440 d. m. s. | *(femina in sella sedens)* | L. Silius Cicero | Silie Venerie pie | coniugi, bone servatrici, | fecit, p. v. a. XXXXIII.

Lambaesi (VIII 4067 p. 1743 vidit Wilmanns).

8441 d. m. | Papiniae Felicitat. | quae vix. an. XXV | mens. V dieb. XXV, | T. Flavius Flavianus | coniugi sanctissimae | castissimae, | incomparabili | feminarum, | fecit.

Romae (VI 23773 vidit Henzen).

8442 d. m. | Valeriae Afrodisiae | quae vixit annis XXVII, | feminae inconpara|bili univiriae, | Aurelius Theseus | virginali suae [*p*]ro[1] castitate.

Puteolis (X 3058 vidit Mommsen). — 1) ro *lapis.*

8443 d. m. s. | Caeciliae Festi|vae coniugi caris|simae monnae[1], | quae mecum vixit annis | XXI sine qaerella *(sic)*, | Pompullius Antiochus | maritus bene merenti | laboribusque eius.

Pentimae agri Corfiniensis (IX 3215 vidit Mommsen). — 1) *Vox blandientis* (?). *Cf. infra N. 8543.*

8444 d. m. s. | Postumia Matronilla inconpa|rabilis coniux, mater bona, avia | piissima, pudica religiosa laborio|sa frugi efficaxs vigilans sollicita | univira unicuba [*t*]otius industriae et fidei | matrona, vixit annis n. LIII mensibus n. V diebus tribus.

Henchir Zaátli prope Thelepte Africae supra portam mausolei (VIII S. 11294 vidit Cagnat).

8445 d. m. s. | Tadiae Fortuni coniugi, | cum qua vita iucunda, | conversatio religiosa, | frugalitas honesta, | fides cum disciplina exacta est. | L. Caecilius Honoratus | signo Thaumanti. | [*S. t.*] l. l.

Caesareae Mauretaniae (Scherchel) rep. (VIII 9520 p. 1984 vidit I. Schmidt).

8446 d. m. s. | Arinia Victoria | magnis moribus | femina, at cuius | sectam numquam accedi | potest, hic sepulta, set | domi es, de anemo[1] cert[*a*] | es, quia nunquam dissedit | meo. Marcus Motasius | dico sepulcrum quod sit | tibi idem et mihi. | P. v. a. XXXV, | ḥ. s. e.

Agbiae provinciae Africae (VIII 1557 cf. 15554 descr. Victor Guérin). Cf. Buecheler carm. epigr. I p. 68. — 1) *Animo (traditur* dea nemo).

archive.org